DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Weihe und Ablassbrief Altäre Kuratiekirche zu St. Leonhard

Pfarrarchiv St. Leonhard im Pitztal

04.12.1783

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7562.A19

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-64801

Visual Library

NOS JOSEPHUS DEI, & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS, & S. R. I. PRINCEPS BRIXINENSIS &c. &c.

Tenore præſentium Fidem facimus, atque atteſtamur: Quod D. Prædeceſſor noſter Ignatius qua Epiſcopus Chryſopolitanus, et Eccleſiæ Brixinenſis Coadjutor cum futura Succeſſione plenipotentiarius tertia Menſis Auguſti Anno a Nativitate D. N. J. Christi milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octavo in Viſitatione paſtorali Decanatus Zamſenſis invocata prius Spiritus ſancti Gratia pontificaliter indutus Eccleſiam Curatialem ad S. Leonardum in Pitzthal Parochiæ Imſt noſtræ Brixinenſis Diœceſis in Honorem ejuſdem S. Leonardi unacum duobus Altaribus lateralibus; et quidem Altare ex parte Evangelii in Honorem immaculatæ Conceptionis repoſitis SS. Reliquiis Sanctorum Christi Martyrum Baſilei, Aurelii, Optatæ, Christianæ, et Simplicii — Altare ex parte Epiſtolæ vero in Honorem S. Franciſci Xaverii cum SS. Reliquiis Sanctorum Christi Martyrum Amatoris, Optati, Felicis, Lactantiæ, et Placidæ rite conſecraverit, et dedicaverit; ac ſingulis Christi Fidelibus in Anniverſario Conſecrationis, et Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, quod ſingulis Annis Die dominica Feſtum Aſſumptionis B. V. Mariæ immediate præcedente celebrabitur, eandem Eccleſiam pie viſitantibus quadraginta Dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concesſerit. In quorum Fidem has præſentes Literas fieri, noſtroque Sigillo majori appreſſo muniri juſſimus. Datum in Reſidentia noſtra Brixinæ [illegible] Menſis Decembris Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo octogeſimo tertio.

Josephus Epiſcopus m.p.

Ad Mandatum Celsmi, et Revmi Dni Dni
Eppi et S. R. I. Principis Brixinenſis proprium.
Joannes Bapta de Trentinaglia Secret. Eccl.

NOS JOSEPHUS DEI, & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS, & S. R. I. PRINCEPS BRIXINENSIS &c. &c.

Tenore praesentium Fidem facimus, atque attestamur: Quod D. Praedecessor noster Ignatius qua Episcopus Chrysopolitanus, et Ecclesiae Brixinensis Coadjutor cum futura Successione plenipotentiarius tertia Mensis Augusti Anno a Nativitate D. N. J. Christi millesimo septingentesimo septuagesimo octavo in Visitatione pastorali Decanatus Zamsensis invocata prius Spiritus sancti Gratia pontificaliter indutus Ecclesiam Curatialem ad S. Leonardum in Pitzthal Parochiae Imst nostrae Brixinensis Dioecesis in Honorem ejusdem S. Leonardi unacum duobus Altaribus lateralibus; et quidem Altare ex parte Evangelii in Honorem immaculatae Conceptionis repositis SS. Reliquiis Sanctorum Christi Martyrum Basilei, Aurelii, optatae, Christianae, et Simplicii — Altare ex parte Epistolae vero in Honorem S. Francisci Xaverii cum SS. Reliquiis Sanctorum Christi Martyrum Amatoris, optati, Felicis, Lactantiae, et Placidae rite consecraverit, et dedicaverit; ac singulis Christi Fidelibus in Anniversario Consecrationis, et Dedicationis ejusdem Ecclesiae, quod singulis Annis Die dominica Festum Assumptionis B. V. Mariae immediate praecedente celebrabitur, eandem Ecclesiam pie visitantibus quadraginta Dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta concesserit. In quorum Fidem has praesentes Litteras fieri, nostroque Sigillo majori appresso muniri jussimus. Datum in Residentia nostra Brixinae Die quarta Mensis Decembris Anno Domini millesimo septingentesimo octogesimo tertio.

Josephus Episcopus m.p.

Ad Mandatum Celsmi, et Revmi Dni Dni Eppi et S. R. I. Principis Brixinensis proprium.
Joannes Bapta de Trentinaglia Secrets Eccl.

Litera
Conſecrationis Eccleſiæ Curatialis
ad S. Leonardum in Pitzthal
Parochiæ Imst.

3. Auguſt 1778